



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258**

Pio Et Candido Lectori S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

P R A E F A T I O.

gè illustrior virtus, quām vt debeat tam inepti & imperiti hominis inculta & rudi oratione celebrari. Deus Opt. Max. velit C. T. Ecclesię suę diū permanere saluam & in columem, Cardinalis Amplissime, Patrone obseruandissime. Ex Carthusia Colonensi 7. Martij, Anno LXXVI.

C. T. obseruantissimus cliens

F. Laurentius Surius  
Carthusianus.

PIO ET CANDIDO  
LECTORI S.



Lib. 8. ca. 6.

1. Mach. 2.

Heb. 11.

Vid plūs moueant fortiusq; ad Christianam pietatem extimus  
lent exempla quām verba, pleniusq; sit opere docere, vt inquit  
Magnus ille Leo Pontifex, quām verbo, testantur tam multi  
sancti & eruditissimi Patres, qui Sanctorum utriusque sexus  
hominū Vitas describendas sibi sumpererunt, & cum ineffabili  
fructu ad posteritatis notitiam transmiserunt. Nouimus ex D.  
Augustini Confessionibus, quantum illi adhuc vacillanti con-  
tulerit audita vita beatissimi Antonij Eremitæ: nec dubium,  
quoniam innumeris alijs idē euenerit. Nostri instituti primus au-  
thor & patriarcha Dominicus Patrū exemplis summo perē delectatus, ad supremam vitæ  
spiritualis & religiosæ perfectionem peruenit. D. Thomas Aquinas, sui patris Dominici ve-  
stigis insistens, eiusmodi lectione haud vulgariter afficiebatur: nec id sanè absq; ingēti fru-  
ctu. Quod si vero his solidiora petimus, non defunt nobis ne ipsius quidem scripturæ diuinæ  
testimonia. Iesus Syrach à cap. 44. usque ad quinquagesimum primum in suo Ecclesiastico  
quid aliud, quām Sanctorū, qui in hac vita Deo placuerūt, exempla cōmemorat, eaq; nobis  
ob oculos spectanda & imitanda proponit? Matathias ille legis eximius zelator cū ab  
hac vita esset abiturus, filios suos nullare alia magis, quām recitatīs Patrū ges̄tis, ad agen-  
dum fortiter pro Deo eiusq; sanctissimis legibus exhortatur & confirmat. Sed & in novo  
Testamento D. Paulus prolixus est in precedentium sanctorum Patrum celebranda fide.  
Possent huī generis permulta alia adduci, sed res per se adeò illustris & perspicua est, vt  
superuacaneū videri posſit illi docende rationes & argumenta adhibere. Itaq; non possum  
non approbare, atque etiam commendare tam pium studium R. Patris D. Laurentij Surij  
Carthusiani, qui nō paruo labore has Sanctorum Vitas ex diuersis authoribus & egregijs  
manuscriptis exemplaribus collegit, & tanquam rarum quendam thesaurū Catholicæ Ec-  
clesiæ hominibus cōtulit: quām spectabilis viri D. Geruini Licentiati utriusq; Iuris diligen-  
tiam & sedulitatem, tum in ponenda sua in MS. exemplaribus conquirēdis opera, tum in ex-  
cudendo opere tam pio & Ecclesiæ salutari. Tu itaq; his fruere, Lector amice, nihil ambi-  
gens, quoniam eorum lectio non solum detrimentum nullum aut perniciem, sed ingentes potius  
& uberrimos tibi sit fructus allatura. Vale.

F. Theodoricus Buscoducensis, fratrum  
Dominicorum intra Coloniā Prior,  
& Apostolicus Inquisitor.

INDEX GE.